

1050
Pontifex
Venetias ve-
nit,

tificem Venetias venisse. Quod si pro Gradenſi cauſa legati ad Benedictum Pontificem ſunt miſſi, ut ex plurium ſenten- tia ſcripſimus, non video cur tam cito Pontificis nomen va- riari poſſit: ſed certe aut librariorum incuria, ut arbitror, id accidit, qui pro Benedicto Leonem ſcripſerint, aut con- tra Benedictum pro Leone: ſeu, quod veriſimilius eſt, di- verſo tempore ea quæ diximus, acciderunt. Suſcepti itine- ris cauſam illi fuiſſe ajunt, ut Divi Marci corpus inviferet: privilegia & multa & magna, tum ipſi templo, tum aliis plerique Divorum ædibus, ab eo conceſſa traduntur. Ea quoque tempeſtate adverſus Rubertum, cognomento Gui- ſcardum, virum natione Normanum, cujus opes prævali- dæ in terra Italia tunc erant, pluribus præliis in Appulia dimicatum reperio: quod ipſum ideo non omnino affirma- verim, quia e numero eorum, quos ſequimur, præter unum id nemo tradidit.

1071

Dominicus
Silvius Dux
ſalutatur.

Luxuria u-
xoris ejus.

Luxuria
hujus pæna.

Et hæc Contareno Duce, qui ſexto & vicesimo ſui princi- patus anno ſæliciter obiit. Ad Nicolai ædem in rivo ſitus eſt: ubi quum forte funus frequenti populo celebraretur, media pompa Dominicus Silvius ſubita populi acclamatione Dux ſalutatus eſt. Ferunt hunc uxorem habuiſſe Græci faſtus & ſuperbiæ plenam, patria Conſtantinopolitanam: quæ, ut Damianus ſcripſit, adeo moroſa fuit elegantia, ut commu- ni aqua ad ſe lavandam nunquam uteretur: cibaria digitis non attingeret, ſed aureis furculis apprehenſa ori applicaret: ejus cubiculum eâ odorum varietate fragrabat, ut nimia ſua- vitate ingredientium ſenſus pene obrueretur. Sed nihil certe eſt immoderata luxuria brevius, quæ quo major eſt, eo pe- riculoſior. Ferunt insolentiſſimum illius cultum in fætidiffi- mam tabem ſe vertiſſe: ut quæ nobiliſſimo elemento, quia quum aliis ſibi commune cerneret, pertinaci ſtomacho abſti- nuiffet, non modo non aqua, ſed ne ulla quidem ope tabidi corporis ſaniem poſſet abſtergere. Per id tempus, Dominico Olivolenſi Antiſtite defuncto, Henricus proximi Ducis filius in demortui locum ſurrogatus, repudiato veteri ſui ſacerdo- tiſ titulo, pro Olivolenſi Caſtellanus Præſul dici voluit: quod ipſum hodie quoque uſurpatur. Normanos ferunt Silvii hu-

jus du-

1078
Henricus
Contareno
pro Olivolenſi Caſtel-
lanum Epi-
ſcopum ſe
nunciat.
Normano-
rum origo.